



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

62 Dispensationis effectus sunt quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- perdam imponendi, & in omnibus casibus, 61  
in quibus quis potest statuere, & punire,  
potest & dispensare Borga. de irregul. &  
dispensat. part. 3. de dispens. cont. gen. in fin.  
& Felin. in §. de adulterii, num. 6. de jud.  
& breviter perstringendo Episcopis + li-  
cet in omnibus casibus dispensare, illis ex-  
ceptis, in quibus Papa prohibuit, sibi spe-  
cialiter reservando, & 114. casus Papæ 62  
specialiter reservatos posuit Borga. eod.  
tract. de irreg. par. 3. concl. 4. & par. 6.  
qui cleric. vel nov. num. 8. cum seq. & Io.  
Dedeo posuit casus. 121. in quibus Epi-  
scopis est permisum dispensare, quem se-  
quitur Specul. in rubr. quid sit irregulari-  
tas, & sub §. nunc de Episcoporum, ad quos  
lectorem remisisse sufficiat.
- 60 Praelatus inferior + Episcopo, qui habet  
jurisdictionem, quasi Episcopalem, & alii  
inferiores in aliquibus casibus possunt dis-  
pensare, de quibus per Borga. & alios per  
ipsum citatos, in d. tract. de irregulari. &  
dispens. sub rub. de dispens. cap. sed. vag. de  
dispensat. & Abb. de dispens. per ingress. re-  
lig. par. 3. & Felin. in d. §. de adulterii, n.  
11. de jud. & hæc, quo ad dispensationes,  
quæ auctoritate ordinaria facti possunt.

Auctoritate delegata, dispensant + I. g.  
gati de latere, Nunci, & aliis, quibus per  
delegations conceditur facultas dispe-  
sandi, qui fines delegationis excedere non  
possunt, l. diligenter. ff. mand. l. si procura-  
tori. C. de procur. cap. cùm dilecta, de re-  
script. cap. nisi speciali, ext. de offic. leg. &  
cap. i. de offic. leg. in 6.

Dispensationis effectus + primus est, ut  
digne recipiantur sacramenta ecclesiastica,  
& beneficia, cum nullus in mortali pecca-  
to regulariter debeat promoveri, nisi per-  
acta pœnitentia, cap. multi. 30 dist. cap.  
illud, 50 dist. & cap. audi. 11. q. 3.

Secundus dispensationis effectus est, ut  
jam promotus, qui peccavit mortaliter,  
cum suum officium exequi queat, quia  
est suspensus, post dispensationem officium  
suum licite exequi possit.

Tertius, quod beneficium, quod alias  
licite obtineri non potest, per dispensatio-  
nem licite retineatur.

Quartus effectus est, ut super crimine,  
de quo quis fuit dispensatus, aequaliter non  
possit, ut per Host. in sum. de dispensat. §.  
quis sit effectus, usque in finem.

## DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

### Cap. IX.

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonium est duplex: spiritua-  
le, & carnale.  
2 Matrimonium in Paradiso à Deo fuit insi-  
tuum.

- 3 Matrimonium duabus excusis principi-  
liter contrahitur.  
4 Sacramentum triplex in matrimonio car-  
nali copula consummato designatur.  
5 Ma-